

daß Xenophon die Konstruktion des Verbs ἐπείγεσθαι mit Infinitiv nicht kennt. In der Tat ist Madvigs vornehmster Einwand gegen die tradierte Wendung unbegründet. Er beginnt seine Interpretation mit folgender Behauptung: „Non Graecum ἐκγίγνεσθαι τοῦ ζῆν pro ἀπογίγνεσθαι (sine τοῦ ζῆν) et ridiculum, qui mori cogantur, cum desperatione pugnaturos.“ Man kann aber die Aussage, ein Heer kämpfe verzweifelt, wenn es von einem Gegner angegriffen wird, der es vernichten will, schlechterdings nicht als lächerlich bezeichnen⁵⁴). Befremdlich ist nur die Wendung ἐκγενέσθαι τοῦ ζῆν. Sie wirkt frostig und erweckt den Verdacht des Philologen, weil er sie andersorts nicht wiederfindet. Barocke Umschreibungen dieser Art sind jedoch bei Xenophon nicht vereinzelt, und schon Schacht hat sie (a.O. 14) richtig eingeordnet; wenn er sie als „species generis dicendi frigidi“, als „frequentatio verborum“ oder als „circuitus exempla . . . , quae consilio et studio ornandi parata esse videntur“ bezeichnete. Er nennt u. a. folgende Beispiele: Kyrop. 4, 2, 40 (ἀλλ' αὐτὰ πάντα νῦν ἀκμάζει ἐπιμελείας δεόμενα statt μάλιστα δεῖται); 6, 4, 6 (γῆν ἐπίεσασθαι statt ταφῆναι); 8, 7, 14 (μηδαμόθεν πρότερον ἄρχου ἢ ἀπὸ τοῦ ὁμόθεν γενομένου statt ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ). Diese Ausdrücke sind der in unserem Satze gewählten Wendung durchaus vergleichbar. Es empfiehlt sich, dessen überlieferte Form als xenophontisch anzuerkennen.

Hamburg

Hartmut Erbse

STUDIA IN PHOTIUM

Photius Bibl. cod. 223

p. 208 b 12 sq. (Bekker) Diodorus Tarsensis in libro περι εἰμαρμένης doctrinam astrologorum impugnavit. quo ex libro iam deperdito Photius in Bibl. cod. 223 excerpta amplissima servavit. legit Diodorum in famoso itinere quo tot antiquorum

54) Breitenbach (a.O. 3, 1876, 146) macht mit Recht darauf aufmerksam, daß die Worte ἐκγενέσθαι τοῦ ζῆν den volleren Gedanken ἢ κρατῆσαι ἢ ἐκγενέσθαι τοῦ ζῆν vertreten.

et recentiorum auctorum libros adiit, etiamsi non omnes ad finem perlegit. Diodorum non semper ea dicere statuit quae ad propositam pertineant quaestionem sed tamen eum laudat quod haeresim perniciosam refutare studuerit:

πλὴν ὃ γε εὐγνώμων κριτῆς οὐχ ὑπὲρ ὧν οὐκ εὐστόχως ἐνιαχοῦ φέρεται μωμήσαιτο ἄν, ὑπὲρ ὧν δὲ σπουδάζει τὴν τῆς εἰμαρμένης πλάνην κατενεργεῖν, καὶ ὡς οὐκ ἐν ὀλίγοις κατ' αὐτῆς εὐδοκίμει, τὸν ἄνδρα τιμῆς καὶ χάριτος ἄξιον ἀνομολογεῖν ἐστὶ δίκαιος.

multa sunt apud Photium verba quae designant notionem destruendi doctrinam haereticam, sicut ἀνατρέπω, κατασεῖω, διασεῖω, ἐλέγχω, διελέγχω, ἀνασκευάζω, ἐπιρραπίζω; sed mirum est καταφέρω quod occurrit in loco supra citato. non enim metaphora est usitata frequentius sicut cetera quae enumeravi ac ne sensu quidem proprio saepius usurpatur. πύργους καταφέρειν dicit Polybius IV 64, 11, sed καταφέρειν τὴν πλάνην, i. e., doctrinam astrologorum haereticam, vix intellegimus. quod si κατενεργεῖν corruptum esse suspicamur, facile fieri poterat ut κ ex χ oreretur quod saepissime usu evenit. in quadam enim minuscularum litterarum forma κ littera longe supra et infra lineam extendebatur sic κ, ita ut χ litterae simillima fieret. fuit igitur κατελέγχω. haec autem propria vox est ad denotandam notionem *refutandi* quae hic desideratur. et ut praeter διασεῖω Photius exhibet κατασεῖω, sic praeter διελέγχω usurpat verbum κατελέγχω ad hanc notionem designandam.

Photius Bibl. cod. 223

p. 208 b 17 (Bekker) Ubi Photius Diodori Tarsensis episcopi librum περὶ εἰμαρμένης excerpens haec scribit:

ἐν μέντοι γε τῷ α' καὶ ν' κεφαλαίῳ ἅμα τε τὴν τῆς εἰμαρμένης κατασεῖων δόξαν καὶ τὴν Βαρδισάνου συνεπιρραπίζει. αὕτη δὲ ἡμίμωμος τίς ἐστὶ καὶ ἡμίτομος· τὴν μὲν γὰρ ψυχὴν εἰμαρμένης τε καὶ τῆς λεγομένης γενεθλιαλογίας ἐλευθέραν ἀπολύει, συντηρῶν αὐτῇ τὸ αὐτεξούσιον, ὑποτάττει δὲ τῇ ταύτης διοικήσει τὸ σῶμα καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα, πλοῦτον δὴ φημι καὶ πένιαν καὶ νόσον καὶ ζῶγην καὶ θάνατον καὶ ὅσα οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ταῦτα πάντα τῆς εἰμαρμένης ἔργα δογματίζει.

apparet 'ea quae ad corpus pertinent' (τὰ περὶ τὸ σῶμα) apud Diodorum complecti duo genera bonorum vel malorum quae

Aristoteles aliique philosophi distinguere et bonis vel malis animae (τὰ τῆς ψυχῆς) opponere solebant: τὰ τοῦ σώματος et τὰ ἐκτός. πλοῦτος καὶ πένια sunt τὰ ἐκτός ἀγαθὰ (vel κακὰ), at τὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ (vel κακὰ) sunt ὑγίεια καὶ νόσος, ζωὴ καὶ θάνατος. non poterat Diodorus bonum valetudinis omittere et unum malum corporis quod est morbus commemorare. τὰ περὶ τὸ σῶμα quae dicit utrumque significant, et bona et mala, et clarum est eum voluisse tres syzygias enumerare: πλοῦτος-πένια, ὑγίεια-νόσος, ζωὴ-θάνατος. quare inter πένιαν et νόσον lacunam esse in textu Photii apparet quam ut suppleamus verba καὶ ὑγίειαν inserenda sunt.

Photius Bibl. cod. 223

p. 209 a 22 sq. (Bekker) Diodorus Tarsensis hoc modo ostendit non posse argumentum philosophorum Peripateticorum quod est de mundi aeternitate defendi, ne hoc quidem pacto si quis dicat res terrenas esse caducas, sed caelestem motionem qua illae moveantur esse sempiternam. εἰ δέ τις ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐναργείας βιαζόμενος ὁμολογῆι γενητὰ μὲν εἶναι τὰ ἐπὶ γῆς καὶ θαλάττης καὶ τὰ ἐν ἀέρι, τὴν δὲ ταῦτα ἀποτελοῦσαν γένεσιν τρέχουσαν διηνεκῆ φοράν καὶ ἀγένητον ἐνεργεῖν, καὶ ἐργάζεσθαι τὰ προειρημένα πάντα αἰδίως [καὶ ἀγένητον], αὐτόθεν ἔχει τὸν ἔλεγχον. οὐ γὰρ οἶόν τε αὐτὰ μὲν εἶναι γενητὰ καὶ οὐκ αἰδία, αἰδίων δὲ αὐτῶν τὴν διοίκησιν. pars sententiae a τὴν δὲ ταῦτα incipiens obscurior fit duobus accusativis τὴν . . . γένεσιν et φοράν, quae verba si ex oratione obliqua in orationem rectam transponimus, hoc significant: ἢ ταῦτα (i. e. τὰ ἐπὶ γῆς κτλ.) ἀποτελοῦσα γένεσις τρέχουσα διηνεκῆ φοράν καὶ ἀγένητον ἐνεργεῖ καὶ ἐργάζεται τὰ προειρημένα πάντα αἰδίως. τρέχουσαν participium non potest cum διηνεκῆ φοράν coniungi, immo vero verba διηνεκῆ φοράν καὶ ἀγένητον artissime inter se coniuncta sunt. quod γένεσις τρέχουσα facit τὴν διηνεκῆ φοράν mirum est et facilius τρέχουσα intellexeretur, si κίνησις pro γένεσις scriptum esset. sed hoc aliam haberet difficultatem, cum vix κίνησις possit dici φοράν διηνεκῆ gignere. Confer etiam p. 209 b 3 τὰ διοικούμενα ὑπὸ γενέσεως, quae ad hunc locum referunt. quare de his verbis nil videtur mutandum esse. verba καὶ ἀγένητον post αἰδίως ferri nullo modo possunt, quae si genuina essent hoc loco in adverbium mutanda essent et scribendum αἰδίως καὶ ἀγενήτως. sed cum hoc adverbium dubium sit et difficile sit intellegere, quomodo in ἀγένητον abire potuerit,

malim verba και ἀγένητον delere tanquam ex versu antecedente huc delapsa. ceterum proxima sententia clare demonstratur nil nisi αἰδίως hic extitisse.

Photius Bibl. cod. 223

p. 209 a 33 sq. (Bekker) Γενητὰ δέ φησι τὰ στοιχεῖα και ἐξ ὧν ὁρᾶται καθ' ἐκάστην ἀλλήλων δεόμενα· τὸ γὰρ ἀγένητον και ἄτρεπτον και ἀγενδεές. δεῖται δὲ τὰ στοιχεῖα ἀλλήλων και εἰς τὸ σφῆζεσθαι και εἰς τὸ σφῆζειν τὰ ἐν αὐτοῖς ζῶα. post καθ' ἐκάστην nomen aliquid interiit, vel γένεσιν vel σύνθεσιν vel aliquid simile. argumentatio haec esse videtur: elementa elementis indigent, non solum ad nascendum sed etiam ad conservationem suam. verbis δεῖται δὲ τὰ στοιχεῖα ἀλλήλων και εἰς τὸ σφῆζεσθαι alia sententia antecedens opposita fuisse debet quae statuebat τὰ στοιχεῖα ἀλλήλων δεῖσθαι (vel ὁρᾶσθαι δεόμενα) εἰς τὸ γίνεσθαι τὰ ἐν αὐτοῖς ζῶα, sive καθ' ἐκάστην γένεσιν.

Photius Bibl. cod. 223

p. 210 b 22 ἐν κινήσει γὰρ κατ' αὐτοὺς διηγεκεῖ τοῦ οὐρανοῦ πόλου φερομένου, και συμπεριαγομένων αὐτῷ τῶν ἰβ' ζώδιων, ἀδύνατον τὸ αὐτὸ τῆς γῆς διὰ παντὸς ἐπέχειν τμήμα, ἀλλὰ παραλλάξει μὲν κατὰ τὴν πορείαν τοῦ πόλου ἕκαστον ζώδιον πάντα τὰ τμήματα τῆς γῆς, ἄλλοτε μὲν ἐπ' ἀνατολῆς, ἄλλοτε δὲ ἐπὶ δύσιν, (ἄλλοτε δὲ ἐπὶ βορρᾶν), ἄλλοτε δὲ ἐπὶ μεσημβρίαν τῆ οὐρανοῦ κινήσει συμπεριδινοῦμενον, και οὐκ ἐφ' ἐνί τινι στηριζόμενον. necesse est suppleri verba quae ad septentrionem pertinent, nam cum oratio sit subtilis et via ac ratione procedat, non poterat Diodorus ea omittere. ἐπ' ἀνατολῆς suspectum est, nam ἐπ' ἀνατολήν esse debebat (cf. ἐπὶ δύσιν, ἐπὶ μεσημβρίαν). ἐπὶ cum genetivo per se stare posset, etsi rarius hoc sensu dicitur. sed sententiae concinnitas postulat ἐπ' ἀνατολήν.